



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 2. De Iudicio temerario,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

Quapropter credit Caiet. in verbo Prædicatorum peccata: in uniussum quando prædicator mœetur circa doctrinam fidei, bonorum morum, historiam Sanctorum, miraculorum, & Prophetiarum ad docendum aut instruendum, aut perfudendum aut monendum audidores, mortale peccatum committere. Quod cadem est doctrina Armilla in verbo *Prædicator* num. 3. & Nauarr. in *Enchir.* cap. 25. numer. 141. Quinimo ex eodem Caietano in verbo Mendacium. Omne mendacium prædicatoris contra veritatem, spectans ad ipsius officium (quod est auditores suis erudiens), a guenzi suadendi, ac bene monendi mortale est ex suo genere, ut pote quod constituit ipsum coram Deo, tanquam falsarium adulterantem prædicationis officium, annunciantio in persona Christi, & Ecclesie (iuxta illud posterioris ad Corinth. cap. 5. Pro Christo legatione fungimur tanquam Deo exhortante pernos) id quod nec Christus nec Ecclesia committit ei. Quod si prædicator ipse, non quidem circa veritatem ad officium ipsius spectantem: sed circa extranea, impertinenter inserta, mentiretur: non efficit ideo de mortali condemnandus: nisi forte ratione scandali, ut adhuc cum eodem Caiet. docent Armilla & Nauarri locis citatis. Quo referri potest traditum ab eodem Caietano in cit. fine art. 4. mentientem in nominibus authorum, aut quotatio[n]ib[us] us: puta cap. 10. pro 12. aut I[saia]m, pro Ieremia; aut Ieronymum, pro Augustino dicendo, peccare quidem, sed non mortaliter: quia non contra, sed præter veritatem doctrina, mentitur. Falli namq[ue] in talibus, non est falli in doctrina, sed in accidentibus eius. In quo consentiant cum eo Syu. in verbo Mendacium quæst. 4. & Nauarr. in *Enchir.* cap. 18. num. 4.

Secundum corollarium est: Peccatum mortale committit non adimplendo factam promissione, si ea sit de re notabilis. Tunc enim mendacium suo modo perniciosem committitur (quod D. Thomas tangit 2. 2. queſt. 110. art. 3. ad 5.) atq[ue] adeo mendacium mortale: cum negari nequeat simplicem promissionem, obligare sub mortali ad sui impletionem, si sit de re graui, prout docet D. Antoninus 2. part. tit. 10. cap. 1. §. 4. sub finem: sequiturque Caietanus in verbo *Persida*: & 2. 2. queſt. 88. art. 1. circa principium. Atq[ue] probatur: quia promissio inducit obligationem seruandi promissum: alioquin enim tolleretur fides hominum inter ipsos; siq[ue] sit in re graui, violatio illius graue documentum adserit proximo contra charitatem, anima vitam. Debet vero istud intelligi dummodo talis promissio fit de re licita, & possibili, facta; absq[ue] vi, dolo, & fraude, iuxta tradita per Nauar. in frequent. num. 7.

Porro dictum est, si fuerit de re notabili; quia si de re leui sit promissio, veniale tantum committetur, si ea non serueratur; ex Caiet. locis cit. & ex alijs communiter. Idq[ue] Nauarr. in eodem num. 7. confirmat a maiori: quia si furum rei leuis non est mortale, multominus erit violatio promissionis de re leui: vt de dicenda alieui salute tuo nomine. Adde ex eodem Nauarr. ibidem nullum esse peccatum non seruare promissionem, si ita rerum status immutetur, ut vis promissionis eneruerit: sicut sit cum is cui facta est promissio illum remittit: argumento textus in capit. 2. *D[omi]n[u]s* sponsalibus. Itemq[ue] quoties alia quaque mutatio interuenit, quia si à principio tunc sit talis promissio, tunc minime facta esset: aut scilicet causus talis tunc occurrens, esset exceptus, iuxta doctrinam D. Thomae 2. 2. queſt. 110. art. 3. ad 5. quam adhuc loco cit. Nauarri habet.

Tertium corollarium est: peccare mortaliter peccato mendacij pernicioſum cum, qui singit se in aliquas scientias esse doctorem, ut Ecclesiastica[m] dignitatem obtinet: ad quam ea qualitas res ipsa est omnino. Hoc expresse tradit Nauarrus in eod. cap. 18. nu. 8. in fine: & est de se clara.

Quartum corollarium est: similiter peccare cum qui per aliquam cathedram, vel canoniciatum obtineat, pro se verba facit; mendaciter inquiens v. g. se libros edidisse in lucem, aut quid aliud per quod falsam de se concitat opinione: quecedens in notabile proximi detrimentu, mendacium est pernicioſum: iuxta tradita per D. Thomam 2. 2. queſt. 112. art. 2. & Nauar. in *Enchir.* cap. 23. n. 16.

Quintum est: simili quoque modo peccare cum qui per hypocrisim simulat sanctitatem, ut reatione beneficium conseq[ue]tur. In tali enim hypocriti mendacium dari, constat

ex definitione mendacij in principio huius capituli assignata, & ex communiter recepta doctrina de hypocrisi, quam in 2. 2. qu. III. D. Thomas persequitur. An autem ea sit mendacium pernicioſum mortale, an veniale, D. ipse Thom. ibid. art. 4. docet esse discernendum ex fine: qui si repugnet charitati in Deum vel in proximum, erit mendacium mortale, vt quando quis sanctitatem simulat, ut falsam doctrinam diffiminet: vel ut alicipiat Ecclesiasticam dignitatem indignus: & sic de similibus, quæ sunt cum notabili Dei aut proximi iniuria. Sin autem idem finis charitati minime repugnet, mendacium non censetur plus quam veniale, cum vitam animam, que est charitas, non auferat.

C A P. II.

De iudicio temerario.

S V M M A R I V M.

- 20 Quid sit temerarium iudicium, & quale peccatum sit.
- 21 Excusatio a peccato mortali, dum de proximo malum iudicatur, eo quod r. s. sit aperta, aut habeantur illius sufficientia indicia.
- 22 Iudicium temerarium non est mortale, nisi sit de re graui.
- 23 Ad iudicium temerarium non sufficit, ut fiat de re absolute, sed requiritur ut fiat contra proximum.
- 24 Ad temerarium iudicium requiritur ut ipsum sit certum fixum.
- 25 Ut censeatur peccatum mortale requiritur ut deliberate fiat.
- 26 De opinione, dubitatione & sufficientione temerariis, quid sint & quando sunt peccata mortalia.
- 27 Quod a mortali excusat, quando sunt ex errore, non tamen semper.
- 28 Mortalia p. cca. a sunt, cum proueniunt ex prauo affectu & malevolentia erga proximum.
- 29 Documenta de eo quod dubia sunt in meliore partem interpretanda.
- 30 Explicatio dubij, An licet iudicium de proximi bonitate, militag. suspedere.

Hic de temerario iudicio agitur tanquam de interno mendacio seu mentali testimonio falso contra proximum. Ipsum est enim, cum quis ex leibus & insufficientibus in diebus apud se contra proximum fert iudicium certum, & deliberatum in re graui: ut cum iudicat ipsum peccare mortaliter, aut esse in statu peccati mortalis. In eo autem mendacium mentale constituitur: quia spectat etiam ad mendacium, si certo id definiamus, quod nescimus an tale sit, sicut ad perjurium spectaret si de eodem iuraremus, ex Nauarro in *Enchir.* cap. 12. numero 8. Est vero mendacium pernicioſum ex eodem Nauarro in sequent. cap. 18. n. 9. Et patet: quia is proximo nocet, tam qui in propria, quam in aliena mente falsam de eo opinionem ingenerat. Esse autem mortali habetur ex D. Thoma 2. 2. queſt. 60. art. 3. & D. Anto. 2. part. tit. 3. cap. 8. §. 1. versu Quoniam ad secundum. Quibus accidunt plures alii, quos refert Petrus a Nauar. lib. 2. De refut. cap. 4. num. 446. Ratio est vero, quia per hoc sit proximo graui iniuria, notabiliter contemnendo ipsum, infamandoque iniuste: quod ad mortale sufficere patet: quia si causam daret ut alii eandem quam ipse, sufficiam opinionem de illo haberet, mortaliter peccaret tanquam infamans in re notabili; faciensq[ue] ei notabilem iniuriam. Perinde autem noceatur proximo, sive in propria, sive in aliena mente ingeneratur de eo prava opinio. Quisq[ue] enim ius habet ad bonam de se existimationem in unoquoque alio, nisi obstat causa aliqua rationabilis. Ergo & perinde peccatur. Accedit quod quis tali iudicio vendicet sibi quodammodo id quod Dei proprium est: nempe fecratur aliorum corda: a quo scelere nos reuocat A postolus in priori ad Corinth. capit. 4. Nolite, inquieti, ante tempus iudicare quo ad vsq[ue] veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.]

**

Observationes pro praxi notanda de iudicio temerario proprie dicto.

SECTIO I.

21.

Aduerte autem primo, quod si res patenter esset mala, sicut est homicidium factum priuata auctoritate, aut forniciatio, is qui illam videret ab aliquo perpetrari, nullum delatum committeret iudicando ipsum peccare; quia sufficientem habet causam iudicandi. Quam eſe D. Thomae loco cit. communiter receptam sententiam annotans Greg. à Valen. 2.2. disput. 5. quaf. 4. punt. 3. in confirmationem adferit illud Domini Ioannis 12. Nolite iudicare secundū faciem, sed reūm iudicium iudicete. Rectum est enim, quod in sufficietate ratione fundatur, & non tantum in leibus coniecturis; qualis est qua sit ex facie. Imo si de perpetratione quidem confitaret solummodo ex iudicis, sed talibus que sint sufficientia ad ferendum prudenter iudicium: ille qui ferret, non delinqueret saltem mortaliter; ut pote non iudicans temere, sed nixus fundamento ad moralem certitudinem sufficienti. Non enim obstat quod non nihil dubietat intercurat: quia in moralibus, parum pro nihilo reputatur: vt bene ait Sotus lib. 3. de iust. & iure quaf. 4. art. 3. post terriam concl. Inde inferens, quod vbi ita certus es in sententia, vt nihil fere dubites, censearis certum iudicare sufficienter ad excusandum à mortali. Similiter si iudicium sit repentinum; vt cum videns huicem cum puella ab aliis arbitris colloquente, subito raperis ad male de eis iudicandum: in eo enim iudicio, ex defectu plenae deliberationis, non perinde peccas, ac peccares si cum animi reflexione, plenaq; deliberatione candem sententiam confirmares.

Ceterum in vnu habendum est commendatum salubre consilium quod ex D. Bernardo Concil. Colonien. habet in expositione huius precepti, versus Mendacium pernic. os; nimirum vt in talibus, qui potest excusat etiacionem; qui non potest, excusat intentionem: & qui neq; hanc excusat potest, excusat tentationem: quia vt ita faciat, postulat charitas qua operit multitudinem peccatorum.

Iam quae indicia existimari debant sufficientia, certo definiiri in particulari non potest: sed tantum in genere dici, in priuato iudicio non inesse temeritatem, quando talia sunt indicia, aut testimonio ex quibus vir prudens merito moueat ad tale quid iudicandum, prout notat Sotus in eodem artic. 3. non multo ante solutionem argumentorum. Addens exemplum de eo qui visus est noctu scalis concenterere fenestrarum alicuius domis; & de iuueni qui visus ex in loco secreto petulanter amplexari puellam non repugnat. De quibus sinistrorum fere iudicium ex talibus iudicis non est temerarium: immo nec culpa, ex eodem authore. Quod idem potiori ratione existimandum est, si quis de alio malura suspicetur, vel suspendat iudicium, vel dubitet cum sufficientibus indicis, ex Petro à Nauarr. in cit. capit. 4. num. 447. Addente in numero 448. cum indicia fuerint tantum probabilia, id est, media inter leuia & violenta, seu graues presumptiones, iudicium ex eis factum non videri plus quam veniale: quod censemitur eo leuius, quo indicia fuerint probabiliora; & grauius, quo fuerint minus probabilia, ex Soto loco cit.

Adiuerte secundo, quod si iudicium temerarium non sit de re graui, mortale non committi, quantumcumque leuia, imo nulla, aut etiam falsa sint indicia, ex quibus ipsum fertur, prout expressit idem Petrus à Nauarr. in p. ced. nu. 444. Rem autem grauem intellige eam, quā per ipsu temerarium iudicium proximo infertur notabilis iniuria: sive ea sit talis, quā rationem peccati mortalis habeat; sive quā tantum peccati venialis, imo nullius peccati rationem contineat. Nam ex Soto in eodem loco, grauitas temerarii iudicij non sumitur ex grauitate peccati, quod iudicatur alicuius esse: sed ex grauitate iniuria quā sit illi, dum temere aliquid de illo iudicatur: sive peccatum sit sive non sit id, vnde contra suam voluntatem, in animo iudicantis vilipenditur notabiliter. Sic enim peccatum est graui hominum honoratum, & magni nominis, ex leui causa iudicare natum esse ex infamibus parentibus; etiam si hoc non sit in se peccatum. Contra vero peccatum est leue, ex leui causa iudicare militem furibun-

dum occidisse hominem in duello, etiam si id sit graue peccatum mortale, quia talis miles non putat in eo suam famam laedi, sed id sibi gloria tribuit. Huic doctrina congruenter Lud. Molina De iust. & iure, tract. 4. disput. 16. no. 5. in fine: notat non esse peccatum mortale, si quis in re graui temere iudicaret de aliquo determinato quem à longe videt, vel ei non occurrit, ita vt non agnoscat, nec in posterum agitatus sit quis ille sit. Neq; enim magna iniuria lesove notabilis infertur tunc proximo. Vnde notabilitate gressu rebeat de taliter existimari.

Adiuerte tertio, quando temerarium iudi. si non est contra proximum, sed infertur tantum de ipsa re (vt cum quis audiens verbum turpe dici puerile, iudicat illud esse peccatum mortale) minime pertinet ad iudicium de quo hic agitur: sicut pertineret si is a quo verbum ipsum turpe dicitur, mortaliter peccare iudicaretur. Ratio est, quia tale iudicium factum de rebus secundum se, non est perniciosum; per illud enim non infertur iniuria proximo, hec per factum contra proximum ipsum: quem cum excusare possis, quod tale quid ex surreptione dixerit; turpitudinem mortalem ei iniurias: quod est iniurias & contra charitatem. Hæc doctrina est Cajetani in verbo iudicium temerarium, & Armille in eod. verbo § 8. post. D. Thoman 2.2. quaf. 60. art. 4. ad 2. vbi idem Cajetanus videri potest.

Adiuerte quinto, ad peccandum mortaliter per iudicium temerarium requiri, prout ibidem Sotus adhuc notat, vt ipsum sit certum; seu tale, quod dubitatem permixtam non habeat, aut certe, quandoquidem in moralibus parum pro nihilo reputatur, non nisi valde paruum. Atq; hinc est, quod ille qui ex insufficientibus indicis de alterius bonitate vel peccato iudicari, nihil definiens, sed dubitativè se habens, aut definiens quidein, non tam en firmiter: sed cum hesitatione circa partem oppositam, non peccato temerarii iudicari: quia cum desit sententia definitiva, non est iudicium; sed potius dubitatio: vel ad summum opinio. Id quod à Cœli notatum 2.2. quaf. 60. art. 3. circ. a initium, observatione dignum est pro multis qui se in temerarium iudicium incidunt peccatum putat ob malam opinionem quam conceperunt de proximo. Etenim falluntur in eo, quando si interea dispositi sunt, vt si interrogarent seipos; num apud se tales existimationem habent certam, se non habere inuenirent, sed habuisse, aut forte etiam credere falsam eam esse.

Adiuerte quinto, ad hoc vt temerarium iudicium sit peccatum mortale, requiri vt deliberate fiat. Nam vt in alijs peccatis, ita in hoc defectus plenæ deliberationis à mortali excusat. Vnde fit vt quando timorati, & scrupuloso maxime, si passi sunt sinistras cogitationes de proximis, & dubitant an mortaliter peccauerint, interrogari debent. An si tunc aduertissent illud esse iudicium temerarium, & peccatum mortale, deliberate consensus est: siq; respondent negative, parandum est, quod non peccarint mortaliter; quia vel nullus fuit confessus voluntatis, vel certe si aliquis fuit, non fuit plene deliberatus, nec sufficiens ad mortale.

De opinione, dubitatione, & suspicione temerarii.

Hæc cum iudicio temerario eam connexionem habent, vt similiter tractari merito possint: propterea quod in eis ipsum frequenter degenerat per solum defectū certitudinis, per quem unum distinguuntur ab eisdem: quoniam ea quoque sunt indicia ex leibus causis, de bonitate aut malitia proximi: non quidem ad instar illius certa: sed cum incertitudine ac formidine. Sic autem inter se differunt, quod opilio ac iudicium in vnam partem determinatum quidem, sed vacillans, coniunctam habendo formidinem de parte opposita. Dubitatio vero sit, qua sic animus habet vt in neutram partem inclinet: ac demum suspicio qua animus in vnam partem inclinet sed sine determinato iudicio: tandem enim est concitatio quadam animi ad assentiendum vni parti, eo quod species veri sublucat in illa, quæ non in altera.

De earum malitia autem quid sit tenendum sufficienter ad institutum nostrum tradi potest sequentibus propositionibus. Prima est: Indicia quæ non sufficienter ad ferendum ex eis absque temeritate iudicium firmum, posse sufficiere ad haber-

habendam sine temeritate opinionem de alio. Atque ad dubitationem sine temeritate habendam, sufficiere posse indicia minora, que satis sunt ad opinionem ipsam à temeritate eximenter. Ac deum ad subrogandum sine temeritate posse quaeque iudicia sufficere. Huius ratio est potest quod ad liberandum à temeritate iudicium, de se minus firmum requiratur fundamentum rationis minus firmum, quam ad liberandum iudicium, de se firmius.

Secunda propositio est: Eas de se ordinarie excusari a mortali, si contingat ex errore quodam intellectus, quo apprehendit indicia tanquam sufficientia ad sic iudicandum. Hanc indicat D. Thom. 2.2. quest. 60. art. 3. cum docet iudicare de proximo ex leuibus causis aliquod malum graue pro certo, peccatum esse mortale: dubitare autem veniale tantum esse. Vbi nomine dubitationis, comprehendit non solum propriam dictam, sed etiam assensum quemcumque vacillantem ex formidine ei permixta: prout Caiet. lib. 2. Sot. lib. 3. De iustitia & iure, que 7. 4. art. 3. interpretatur; & post verumque Gregor. à Valent. 2.2. disput. 5. quest. 4. puncto 3. proposit. 3. Addens quod notatum est à Nauaro in commentario ad Rubricam de iudicis, num. 50. in fine, eam formidinem esse non modo actuali, id est, qua iudicando vacillat actus: sed etiam virtutem, contingentem in casu in quo si iudicans interrogaretur an pro penitus inhabitato habeat illud quod iudicat, responderet quod non habeat, imo quod forte illud sit falsum.

Probatur autem propositio ex eo, quod assensus vacillans seu admixtum habens formidinem notabilem in opposito, actus fit imperfectus quo non infertur iniuria magna proximo. Cum enim siue opinans, siue dubitans, siue suspicans, paret expresse vel tacite se falli posse, iudicium quod sic fertur de proximo, non est natum in ipso generare grauem contemptum proximi: praesertim cum, ut supponimus, non ex malitia, sed ex humano errore sic iudicet; paratus se corrigeret, vbi ad rem melius aduerterit. Accedit quod velenum proculius ad iudicandum de aliis, ex signis que non carent verisimilitudine multum minuat deformitatē talis iudicij. Vnde D. August. tract. 90. in Ioh. inter cetera inquit. Ignoscatur nobis quod de occulis homini aliquando, imo assidu non vera scimus. Hoc enim ad humanam tētationem pertinet arbitror: sine qua duci ista non potest vita, ita ut Apostolus diceret. 1. Corinth. 10. Tentatio vos non apprehendat nisi humana, &c.

Ceterum cur in eadem propositione addita sit particula, ordinarie, ratio est, quam ex Soto Gregor. à Valent. habet, quod quandoque possit esse tales circumstantiae rei & personae, vt non obstante notabilis formidine, iudicium temerarium sit peccatum mortale: vt si ex leuibus causis de honesta & religiosa persona voluntarie dubites an peccatum enorme, v.g. incertum cum magne commiseris: quia ex enormitate ciuidem peccati & persona honestate, plus augetur deformitas talis iudicij, quam minuatur ex formidine ei coiuncta. Ecce alias quoties apertum est magnam iniuriam tali persona fieri, si inducerentur alii ad tale quid de eo dubitandum, vnde diligenter & faceret notabilem famam facturam. Quo spectant tradita à Soto in lib. 3. de iust. & iure, quest. 4. art. 3.

Tertia propositio est: Eum qui non tam ex errore intellectus, quam ex prauo affectu voluntatis & malevolentia erga proximum, et amissi aduertat indicia non esse sufficientia, oportunit vel dubitat vel suspicatur de eo malum graue, quod vel ei occasio magna infamiae, peccare mortaliter. Hec probatur: quia in eo infertur iniuria proximo in re graue. Neque excusat, scilicet in casu precedentis propositionis, ex errore vel ex infirmitate humana cum deliberate & ex malitia iudicet: eo quod vel ex proximum contemnere & pro utili habere pro se. Nec item ex formidine, quia esti potest se falli posse: aduertatq; se non habere causam iustam: tamen vult in sua prava opinione pertinaciter persistere. Vnde licet iudicium illius non sit firmum ex parte obiecti cum patet fieri posse ut res alter habeat: est tamen ex parte subiecti: quod sufficit ad impedimentum diminutionis iniuriae. Accedit quod Dominus noster Math. 7. & Lue. 6. iudicio & condemnatione dignos doceat eos qui minora fratribus suorum via infectant & condemnant tanquam sanctiores: cum

longe iniuriores sint. Peccatum enim est graue ex malevolentia imaginari proximos, non quales reuera sint, sed quales ex prauo tuo affectu velis haberi in propriam tuam commendationem, & contemptum illorum.

Difficultas. An dubia sint in meliore partem interpretanda.

Hanc D. Thom. tractat. 2.2. quest. 60. art. 4. Tenenda autem videntur hæc documenta, que bene Lessius notavit. De iustit. & iur. lib. 1. cap. 29. dubit. 4.

Premium est: Dubia de rebus, estimanda esse suis momentis: de personis autem interpretanda esse in meliore partem. Ratio est, quia in iudicio rerum id tantum agitur ut veritas attingatur: in iudicio personarum vero, veritas sic queratur, ut maxime caendum sit ne proximo iniuria irogetur.

Secundum est: Dubia de personis in meliore partem interpretanda esse intelligi debere negative, non autem affirmative. Hoc est Caietani, ad m. mor. art. 4. cuiusque sensus est in dubio, nos non teneri actus positivo iudicare proximum innocentem esse teipsa, nec peccasse mortifere, ac bonam intentionem habuisse: teneri autem non habere ipsum pro improbo, vel pro authore criminis, propter dubium. Quorum illud probatur ex eo, quod non tenemus ad iudicium expositum probabili periculo erroris, cu omnis error pertinet ad aliquale malum intellectus, quod sapienti videntur est, quam commode scripsi potest. Hoc vero probatur ex eo, quod iustitia postulet ut in dubio nemo tanquam criminis reus inflametur, non modo exterior, sed etiam interior in animo: cum quisque ius habeat ut sibi certa poena non irrogetur pro incerta culpa. Id enim esset irrogari sine iusta causa de qua consuet: quod est contra iustitiae regulam.

Tertium documentum est. Quando agitur de damno visando aut de remedio aduersus iudicium adhibendo, dubia accipienda esse in deteriori partem: non quidem iudicando proximum esse improbum, vel habendo cum pro tali: sed cauendo sibi ab illo exterior, tanquam ab eo, de cuius probitate incertus sis. Hoc est D. Thom. a loco citato ad 3. vbi rationem reddit: quod ad remedium adhibendum siue nostris siue alienis malis, expediat ut id supponatur quod deterius est: quia remedium quod est efficax contra malum minus, multo magis est contra minus malum. Hinc excusantur qui admittentes aliquem signatum in his & descendentibus suis, perinde ac si dubia effectus probitas, dummodo cum non habeant pro improbo. Excusantur item Superiores qui ob indicia quedam dubia, subditos obiungant, aliaq; remedia illis corrigendis, tanquam malis, adhibent ob speciem mali, a qua Apostolus in priori ad Thess. cap. 5. præcipit abstinere: dummodo interior non habeant eos pro malis: sed factum in animis suis excusent, aut certe intentionem: caueantq; ne vel modum excedant vel eos reddant aliis suspectos, vel de virtutibus coram diffidere videantur.

Altera difficultas. An sit peccatum suspendere iudicium de aliquo, nolendo cogitare ipsum bonum esse vel malum.

Dicitur hæc videtur tenendum cum Petro à Nauar. lib. 2. de iust. cap. 4. num. 453. iustificationem eiusmodi non esse peccatum: Quod contra Meditam ille probat, quia certum est, quod possit quis velle nunquam de alio cogitare. Id autem si faciat, omnino iudicium circa illum suspendit, nec bonum nec malum de illo cogitans. Quare suspicio de qua agimus non est de se peccatum. Præterea it ab initio non tenetur quis habere bonam existimationem, sane meam gratiam facit illi, bene de illo nuna existimando: nec vellem facit illi iniuria eiusmodi gratiam subtrahendo. Quamdiu enim ea interior est, nec ab illo acceptata, nullum ius ille ad eam acquirit, potestque pro libito reuocari sine illius iniuria, dummodo oppofita, nempe mala opinio, non admittatur de illo. Vnde intelligitur non peccare, saltem mortaliter, eum qui occasione aliquorum signorum etiam lenium: circa aliquem habet se negative, nihil siue boni siue mali cogitando iudicandoque de eo: veritati liberum suum locum relinquent: ac totam rem tanquam incertam, iudicio

Dei committens. Quanquam tamen charitati valde confitaneum est, ut dubia semper in bonam partem interpretetur: iudicando scilicet proximum habendum est pro viro probo, quamdiu non constat de contrario: atq; ita affectu interno ac externo, agendiq; modo ipsum tractando, ac si recipiat probus. Quod tunc maxime seruandum est quando negotium aliquod cum eo transigendum, tale quid exegerit, aut prauis in eum motus animi vincendus fuerit.

C A P V T III.

De falso testimonio.

S U M M A R I V M.

- 31 Mendacium à iudice dictum in iudicio quando sit vel non sit mortale.
- 32 Non est mortale dictum à iudice condemnante secundum allegata & probata eum, quem scientia priuata sit esse innocentem.
- 33 De mendacio accusatoris; & quod hic teneatur restituere per illud acquisitum.
- 34 Explicatio dubitationis: An accusator antequam accuset teatetur reum praeponere ut satisficiat.
- 35 Mendacium rei in iudicio tanquam perniciosum, rationem habet peccati mortalitatem.
- 36 Obseruanda à Confessario quod tale mendacium.
- 37 Rationes suadentes probabile esse, quod reus cuius crimen non est plene probatum, a mortali excusat, si illud in iudicio neget ad mortem vitandam.
- 38 Nonnulla ad qua adiutendum est in iudicio ferendo de eiusmodi mendacio.
- 39 Requisita vir quis censetur legitime interrogari.
- 40 De infamia requisita.
- 41 De iudicio ac semiprobatore.
- 42 Reus potest respondere ambigue, quando non interrogatur iuridice, & fugere nondum captus.
- 43 Falsum testimonium peccatum mortale est suo genere.
- 44 In eo excusat non haber locum ex materia leuitate, cum fuerit iurecurando confirmatum.
- 45 Quid tenendum sit de eo qui bona fide putat se dicere a iure verum.
- 46 Testis cum non interrogatur secundum iuris ordinem, perinde celare potest veritatem ac reus, et si nonnulla cernatur differentia.
- 47 Etiam si crimina sunt notoria, nisi vergant in reipub. perniciem, aut notabile damnum tertij: author omnino occultus celari potest.
- 48 Non tener quis testificari cum graui suo damno: & quid agere debeat, cum non interrogatur iuridice,
- 49 Denunciatio mendax quando sit peccatum mortale.
- 50 De denunciatione facienda iussu Superioris intendentis punitionem.
- 51 De facienda iussu eiusdem intendentis correctionem Rei, aut partis iustificationem.
- 52 Eam fieri non premissa correptione fraterna, si peccatum sit omnino occultum (excepto casu haeresis) Superior precipere non potest.
- 53 Quid agi debeat cum crini non sicut notoriis est.
- 54 Alter procedendum est cum Superior precipitat reuelationem fieri per modum denunciationis, ac per modum iudicij.
- 55 De reuelatione criminis quod vergit in reipub. perniciem, aut notabile damnum tertia personae.
- 56 De monitione Rei, quando primiti debeat eidem reuelationi.
- 57 Alia adiutenda de eadem reuelatione.
- 58 Facienda est, cum quam minime fieri potest noxijs derimento.
- 59 Quia ratione Prelato aut denunciari posset peccatum occultum proximi, quod ei soli nocet.
- 60 Obligatio corripendi publice peccantem, & quedam alia adiutenda circa predictam denunciationem.
- 61 Obligatio obediendi Superiori recipienti ut criminis, ex rerero reuelentur sibi, tanquam patri.

- 62 Seruanda est forma editi quo Superior precipit aliquid reueari.

63 Quodam circa in dem reuelationem notanda pro praxi.

- 64 Excusati ab obligatione, que imponitur sub excommunicacione reuelandi eos qui aliena bona retinent.

FA L S I testimonij nomine intelligitur hic generalliter omne perniciosum mendacium, quod in iudicio dicitur, sive à iudice, sive ab actore seu accusatore, sive à defensore, aut notario vel procuratore, sive à reo, sive à teste, sive à denunciatorib;. Non habet aut difficultatem in defensore, notario & procuratore specialē, quæ non satis intelligitur, tum ex mox dicendis de aliis quæ ex speciali ratione iudicandi de peccatis carumē performatum, tradenda in sequenti libro tractatu ultimo. Dicemus ergo hic iudicio mendacio Iudicis, secundo, de mendacio accusatoris; tertio, de mendacio rei, quarto, de mendacio denunciatoris.

S E C T I O I.

De mendacio iudicis.

C IRCA hoc notandum est, quod si Index in iis quæ ad iudicium attinent, mentiatur, tale mendacium censetur perniciosum, & per consequentem mortale iuxta tradita ad D. Thomam 2.2. quæst. 110. art. 4. Idque expresse docent Caet. in verbo Mendacium & Armilla eodem verbo §. 2. aquiparantes mendacium Iudicis, dictum contra veritatem spectantem ad officium ipsius, mendacio predicatoris dicto contra veritatem, ad officium ipsius spectantem. Quod si mendacium à iudice prolatum in iudicio, non esset de iis quæ ad iudicij veritatem pertinent, is de mortali non esset condemnandus, iuxta eundem Caeteanum ad citatum D. Thomæ art. 4. sub fine: quem Nauar. sequitur ad cap. Fratres Depenit. dist. 5. num. 21. & 22. Intellige autem nisi aliunde sit mortale, ut ex iuramento adiuncto. Quinimo & Nauar. in eod. num. 22. addit in iis etiam quæ ad iudicium pertinent, Index posset ventraliter tantum peccare intentiendo, ob materia leuitatem, quam in tali peccato, perinde in aliis, excusare à mortali, non videtur negandum; licet Caet. in summa, verbo Mendacium contrarium iudicet.

Sed quæres, quid sit dicendum, si Index contra propriam scientiam proferat sententiam in re graui, puta condemnando aliquem ad mortem secundum allegata & probata, quem certo nouit innocentem: Vtrum mortaliter peccet tanquam mentiens perniciosum in iudicio. Ad quod negative respondendum esse patet per tradita in praecedenti lib. 21. cap. 3. dub. 4. post Caet. 2.2. quæst. 67. art. 2. ac Soto lib. 5. De iust. & iure, quæst. 4. art. 2. Ratio vero est: quia vt in iudice duplex est persona: nimis priuata, & publica: ita duplex est scientia: vna priuata, altera publica, quam haber vt Index, ex allegatis & probatis: vnde fit vt mirum videri nō debat, si quando sententiam proferat tamquam Index, adeo, secundum scientiam publicam, dicatur veram, non autem falsam proferre sententiam: dum profert eam secundum allegata & probata: etiam si id faciat contra priuatam scientiam. Verum tamen si conscientia dicit ei, quod talem sententiam proferre nequeat, debet illam omnino depondere, antequam sententiam ipsam ferat: quoniam peccaret alioqui, iuxta antedicta in praed. lib. 13. tract. 1. cap. II. reg. 3.

S E C T I O II.

De mendacio accusatoris.

IN iudicio ex parte accusatoris seu actoris, datur perniciosum mortaleque mendacium, quando calumnioso falso accusat, iuxta tradita per D. Thomam 2.2. quæst. 68. art. 3. & per Sotum lib. 5. de iust. & iure, quæst. 5. art. tertio, & Nauar. in Enchir. cap. 25. num. 31. secundum quem talis tenetur omnii damnata subsecuta refarcire: quod idem habet Armilla in verbo Accusatio, num. 11. Posset autem quis iuxta D. Thomam in eod. art. 3. ad 1. aliquando per iustam ignorantiam in hoc excusari à peccato (& pariter à restitut. ex Armilla ibidem) nempe quando accusationem institueret de falso, quod probabiliter putaret verū esse. Quanquam talis mortaliter peccaret, si vbi primum nouit fallitatem, non desistat ab accusatione, secundum Nauar. loco cit.

Secundum